

invencionem ipsius absque mora impendere studeas operam efficacem eumque ut speramus inventum ad nos per fidelem delatorem non differas destinare, nobis proinde plurimum placiturns. Datum Novis Avinion. dioc. V. id. aug., anno quarto.

*Regest. 270, f. 190. Archivio segreto pontificio.*

## 2. Papa Gregorio XI a Bernardo Cariti, canonico a Parigi.<sup>1</sup>

Noves, diocesi di Avignone, 11 ag. 1374.

Dilecto filio Bernardo Cariti canonico Parisiensi, apostolice sedis nuntio salutem etc. Discretioni tue tenore presencium iubemus expresse, quatenus in loco Serbone Parisiis perquiri facias diligenter in librariis eius pro libris Tullii Ciceronis scriptis in cedula presentibus interclusa. Et si quidem eos vel aliquos aut aliquem eorum inveneris, prout alias scimus inventos esse, illos facias pro nobis per intelligentes scriptores illico exemplari et exemplatos quampridem poteris ad nos per fidelem delatorem destinare procures, cautus ut in illis nullam committas negligentiam vel defectum: Dat. Novis Avinion. dioc. III. id. aug. pontificatus nostri anno quarto.<sup>2</sup>

*Regest. 270, f. 190b. Archivio segreto pontificio.*

## 3. Papa Gregorio XI a Lucca.<sup>3</sup>

Villeneuve presso Avignone, 10 ag. 1375.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis regiminibus et communis civitatis Lucanfel salutem et apostolicam ben. Gravibus et diversis pariterque iniustis querelis Florentinorum seu eos regentium nuper verbo et scripto dolenter auditis, eis qui in detectabilem superbiā videntur efferrī et contra sanctam Romanam ecclesiam, eorum et cunctorum fidelium matrem, corsua elationis erigere ac se immergere nonnullosque alios secum in precipitum trahere moluntur, respondemus per nostras litteras, quarum tenorem inclusum presentibus dilectioni vestre volumus esse notum, sinceritatem vestram rogantes attentius et horantes quatinus tanquam viri retulisti prudentia, fide constantie et devotione preclaris nullis vos permittatis adulatioibus decipi, nullis seditionibus corrumphi nullisque communionibus terrori ab his, qui vestram quietem turbare et devotionem depravare forsitan niterentur et vicinorum suorum libertatem in servitatem redigunt, quando possant, sed columpne prefate ecclesie, que libertatem vestram optat et querit,

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 60.

<sup>2</sup> Sulla ricchezza di Parigi in fatto di libri e su posteriori ricerche di scritti di Cicerone in Francia cfr. le notizie in Noser, *Wiederbelebung* II<sup>a</sup>, 266, 280.

<sup>3</sup> Cfr. sopra p. 106 e HUMER, *Regesten Karls IV.* n. 5550.